 Dragontea. Igno. radix elixa, vel
 cum melle sumpta.

Fagra. Apul. cum pipere albo.
 Ficus. Plinius. z. 4. sicca.
 Galbanū. Pli. z. 4. interius sūprū.
 Gentiana. Plinius. z. 6. potata,
 Gith. Plinius. xx.
 Ius galli. Plinius. z. 9.
 Laurus. Plin. z. 3. grana eius cum
 melle.
 Ligua bouis. Apul. succ^o cū melle
 Millefolium. Pli. z. 4. potatum.
 Multipeda. Pli. 3 o. cum melle.
 Nasturtium. Plinius. 3 o.
 Nitrum. Plin. z. 1. cum prifana.
 Pollytrichū. Plini^o, z. 1. decoctio
 sumpta.
 Portulaca. Plinius. z. 1. semen cū
 melle sumptum.
 Pulegium. Plin. z. o. syluestre.
 Plātago. Igno. cocta, comesta cū
 sale & aceto.
 Raphanus. Plinius. xx. semen to-
 stum sumptum cum melle.
 Rhecoma. Plin. z. 7. decoctio, vel
 trita cum passo.
 Sanguis. Plinius. z. 8. hirci cū ci-
 bo ante omnia efficax est.
 Sinapi. Plinius. xx. Macer.
 Sulphur. Plin. 3 5.
 Scilla. Plin. xx. Igno. assatq̄ drach.
 j. cum melle.
 Struthium. Igno. puluis radieis
 cum aqua mulsa.
 Vitis alba. Plin. 3 3. radix.
 Viola. Macer. succis sumptus.
 Vulpis. Sextus. puluis sumptus
 in vino nigro.
 Vrsus. Sex. fel cum aqua calida
 sumptum, mirabiliter sanat.

Dyspnœe.

ABROTANVM.
 Macer.
 Armoniacum. Plin. z. 4.
 interius sumptum. Aui. cū mel-
 le sumptū, aut aqua hordei.
 Aquila. κ irā. lingua in panno li-
 neo appensa.
 Balsamus. Plin. z. 3.
 Coturnix. κ ir. simus bibitus.
 Decoctio hysopi maior. Diuisio-
 nes anti. de medicinis pectoris.
 Foenugræcum. Auicen. proprie
 coctum cum melle.
 Lac. Auicen. camelarū nouiter
 fœctarum.
 Marrubium. Almanfor.
 Sauina. κ ir. vncias. s. eius. butyri
 iij. mellis. iij. in ieiuno.
 Sorira cōfectio. Nicol. cum aqua

tepida sumpta.
 Scilla. Almanfor.
 Trochisci de rosis. Aselepiades.
 Auicen. octauo quinti.

Orthopnœe.

ABROTANVM.
 Pli. xxi. interi^o sumptū.
 Acetum. Pli. z. 3. Isaac.
 Anisum. Plin. z. o. interius cum
 hyoscyamo.
 Aron. Plin. z. 4. cum farina cocta
 in pane.
 Baca lauri. Plin. z. 3. sine cortice
 cum vino.
 Botrys. Plinius. z. 3.
 Bubali serū. Pli. z. 8. ante omnia
 additō nasturtio sumptum.
 Cyminum. Macer. cum pusca mi-
 rabiliter confert.
 Cotanum. Plin. z. 4. succus eius.
 Chrysocolla. Pli. 3 z. cū melle.
 Crocomagma. Plinius. z. 1.
 Elenium. Plinius. z. 1.
 Enula. Macer. radix cum melle.
 Equiseton. Plinius. xxvj.
 Melissa. Sera. fm Dio. loch. ex ca.
 Macer. decoctio eius sumpta.
 Milius. Plin. xxx. iecur siccum cū
 aqua mulsa.
 Periclimenō. Pli. z. 7. folia cocta.
 Rhecoma. Pli. z. 8. decoctio, vel
 puluis cum passo.
 Sauina. κ ir. vncia. j. eius. butyri
 vncj. iij. mellis drach. iij. in ie-
 Sifeleos. Haliab. flos. (iuno.
 Smyrni. Plin. z. 7. semē vel radix.
 Scilla. Auicen. acetum eius, con-
 fert oregmoni.
 Testudo. Plin. 3 z. sanguis mari-
 næ cum polenta sumptus.
 Thymus. Plinius. z. 1.
 Vrtica. Plin. z. z. cum melle.

Noentia tussi.

ACETVM. ISAAC.
 Ebulus. Serap. fm Diof.
 succus multiplicat tuf-
 sim nouam, sed cōfert antiqua.
 Mel non spumatū. Sera. fm Dio.
 Nuces. Plin. z. z. Serapio secun-
 dum Diof. Auicenna.

Tussi conferentia.

ABROTANVM.
 Plinius. z. 1. interius
 sumptum. Macer.
 Acaristum.

Acharistus confectio. Nicolaus.
 Agaricus. Plin. z 6. potatus.
 Alectorolophos. Pli. z 7. semē coctū cū faba fresca, melle addito.
 Alliu. Pli. xx. coctū cū lacte. Mac.
 Alkekengi maius confectio. Auicenna. j. quinti.
 Althæa. Plin. xx. folia cum lacte cocta. Auic. calidæ tussi cōferūt.
 Amydum. Isaac. cum zuccaro, & oleo amygdalarū. Circa. cum lacte amygdalarum.
 Amygdala. Plin. z 4. amara exterrus. Auic. sauch eius. Serap. fm Dios. amara comesta quātum est nux, cū melle & lacte. Circa. pultes ex amaris cū zuccaro in eā frigida. Hali. dulcis in tussi sicca, & xx. anti. amygdalæ cōditæ.
 Anisum. Pli. xx. cum papauere.
 Anser. K iran. scx eius cum vino bibita.
 Apium. Isa. Sera. fm Dios. semen imponitur medicinis & speciei eius smyrnion radix bibita. Auic. proprie smyrnion species apij. Macer. succus vel apozema.
 Apollonia græca. Hal. vj. antido.
 Aqua cucurbitæ. Serapio. in pasta assata & expressæ.
 Aquila. K iran. lingua in panno lineo appensa, & sterces foemelæ cum melle.
 Aqua mellis. Mes. vj. anti. Auicē. vj. quinti. Serap. z 3. antido.
 Aqua zuccari. Serap. z 3. antido.
 Aristolochia. Mes. confert manifeste secundum omnem modum administrationis eius.
 Aron. Plin. z 4. in cinere coctum cum oleo sumptum. vel coctū cum lacte. vel sumptum melle, vel coctum cum farina in pane, vel decoctio eius sumpta.
 Arundo. Plinius. z 4. radice sumigium cum resina.
 Asphodelus. Pli. z 1. drach. j. sumpta. Ser. fm Dios. radice. drach. ij. cum vino. Auic. auri. j. cū vino. Hali. cataplasmata collo.
 Asphaltus. Hali. cum aqua sumptus in phlegmatica tussi.
 Assa. Serap. fm Dios. in ovo sorbili sumpta.
 Athanasia. Auic. j. gnti. Hal. vj. ant.
 Atriplex. Haliab. cum oleo rosato cocta, est eis optimus cibus.
 Balsamus. Serap. fm Dios. semen bibitum. Auic. semen & oleum.
 Bedemerogi confectio. Auicenna.

primo quinti.
 Betonica. Macer. pulvis cum melle cocta. Musa. pulueris vnci. ij. mellis quod sufficit decoquantur lento igne, de quo sumatur nouem diebus.
 Bitumen Iudaicum. Auicenna.
 Bombax. Sera. fm aliquos, semē. Butyrum. Auicenna. tussi frigida & sicca, proprie cum amygdalis & zuccaro.
 Bdellium. Sera. fm Dios. potatū.
 Blitis. Serap. fm Ebē Mes. cōfert tussi a caliditate. Auic. proprie coctus cum oleo amygdalarum & aqua granati dulcis.
 Calamus aromaticus. Auic. vaporatio cum traiectorio in guttore, solus, aut cum gummi albo tin. Sera. fm Dios. similiter.
 Chama pytis. Pli. z 4. cum vino.
 Chamædrys. Ignotus. Macer.
 Chamæleon. Plin. z z. radix.
 Carui. Ser. fm Dios. agreste bibitū.
 Cedrus. Plin. z 4. fructus eius.
 Ceruus. Plin. z 8. pulmoficcus puluerizatus cū melle exterius applicatus.
 Cypressi nux. Serapio fm Dios. recens cum vino sumpta.
 Cyminum. Cir. vinū decoctionis eius, & ficuum siccarum in frigida causa.
 Cinnamomum. Serap. fm Dios. Auicenna. Macer.
 Citonia. Hali. semina cū zuccaro & penidijs & eorū mucilago.
 Cochlea. Plin. 3 o. & 3 z. crudæ trita cū aqua calida sumpta.
 Condyli. Serapio secundū Dios. cum melle. Macer.
 Comirma. Apul. radix cocta teratur cū mellis parte dimidia, peris gra. xxv. castorij drach. j. Loch alba. Mes. i. cura tussis catarrhalis. Gal. secunda.
 Cōfectio Hermetis. ij. Auic. j. v. K abit regis. Aristomachi. Auic. j. quinti. & v. tract. sum. secundæ quinti.
 Coria confectio. Serap. viij. anti.
 Cornu. Plinius. z 8. bubali vstū cum melle.
 Cordumeni. Auicenna.
 Cucurbita. Serap. fm Eben Mes. sauch eius in causa calida. fm alium. aqua expressiōis eius coctæ in pasta. Auic. sauch eius.

Hali. semina in causa calida.
 Cucurbita syluestris. Plin. xx.
 Cucumer. Plinius. xx. semina cum vino sumpta.
 Crocus. Plinius. z 1.
 Crocomagma. Plinius. xxj.
 Dactyli. Plinius. z 3.
 Daucus. Plin. z 6. Haliab. semen.
 Cir. vinum decoctiōis eius & sic cū in causa frigida & humida.
 Decoctio capillorum Veneris. Mes. in cura tussis humida.
 Decoctio de hyssopo. Serap. z z. antido. Diuisiones anti. de medicinis tussis.
 Diacodion. Mesue. v. antido.
 Diapapauer. Mesue. in cura tussis catarrhalis.
 Diamarthe. Auic. j. quinti. Hal. vj. antido. Serapio. viij. antido.
 Diaphulphur. Serap. viij. antido.
 Diacodion cōpositū. Ser. z 3. anti.
 Diabolbanum.
 Diacameron.
 Diapenidion.
 Diadraganthū omni tussi calidæ & sicca.
 Diaridos tussi ex frigiditate.
 Diacalamentū in causa frigida.
 Diatrion peperon.
 Diahyssopum.
 Diazinzibereos.
 Diapyrethrum. Nicolaus.
 Dragaganthū. Al. Serap. fm Dios. & alios. Cir. aqua hordei infusiōnis dragaganthū in causa calida.
 Dragōntea. Serapio fm Dios. Ig. radix lixa, vel cum melle. Mac. pulvis radice cum melle.
 Ebanus. Plin. z 4. cum melle.
 Electuarium adib. Auic. vj. tract. summæ secundæ quinti.
 Electuariū gabadi. Hali. vj. anti.
 Enula. Pli. xx. Ser. fm Dios. pulvis radice cū melle. Mac. si. r. Circ. vinum decoctionis in frigida.
 Equisetum. Plinius. xxvj.
 Faba. Sera. fm Dios. Auic. Hal. sorbitio cum oleo amygdalarum. Plin. z z. faba fresca cum oleo cocto sumpta in cibo, confert acutæ tussi.
 Farina. Serap. fm Dios. cum menta & butyro cocta. secundū Hui maym. pultes ex ea.
 Fœnugræ cum. Auicenna. cum melle. Haliab. phlegmatica tussi.
 Fœniculum. Apul. radix tunsa in vino, bibita diebus nouem.
 Filonium. Nic. cū vino & mulla

- datū. Aui. j. quinti. romanum.
 Fistic. Halia. phlegmatica tussi.
 Furfur. Circ. triticeum decoqua-
 tur in hordei, & colatura sumaf
 in frigida & sicca tussi.
 Galbanum. Serap. fm Diof. quan-
 tum faba sumptum.
 Gallitrichum. Plinius. z 6.
 Gallina. Pli. xxx. interior pellicula
 stomachi potata. Sex. cū oleo.
 Gentiana. Plin. z 6. potata.
 Gummi. Serap. fm Habyx. arabi-
 cum in ore retētum, vel cū alijs
 competentibus. Aui. arabicum
 in causa calida. Circ. arabicū cū
 aqua hordei in tussi frigida.
 Granata. Isaac. dulcia, maxime af-
 sata cum oleo rosato.
 Isopyros. Plinius. z 7.
 Holus iamenum. Serap. fm Eben
 Mef. in cā calida. fm Habyx. her-
 ba cocta cū oleo amygdalarū
 & succo granatorū dulcifi in cā
 calida, cum asperitate pectoris.
 Iuleb violatum. Mef. vj. antido.
 Iuleb iuiubinum. Mef. vj. antido.
 Iuniperus. Pli. z 4. Sera. fm Diof.
 fructus bibitus. Aui. arbor. Pli.
 z 6. fumus eius ardendo.
 Iuncus. Plin. z 1. radix interius
 sumpta.
 Hyoscyamus. Serapio fm Diof.
 semen. Auicēn. quandoq; poni-
 tur in medicinis.
 Iulube. Serap. fm Diof. decoctio
 sumpta in causa calida.
 Kelenigi cōfectio. Ser. 8. ant.
 Kotum. Auicēn. grana eius.
 Lac. Alman. Aui. asinae & caprae.
 Lactuca. Plinius. xx. cum hysfopo
 sumpta. Auicenna.
 Laser. Plinius. z z.
 Laurus. Plin. z 3. grana trita per
 triduum sumpta. Sera. fm Dio.
 grana eius cum melle & loch.
 Laudanum. Sera. fm Diof. misce-
 tur in medicinis. Auicenna.
 Lebleb. Haliabas.
 Lentiscus. Sera. fm aliquos. deco-
 ctio foliorum sicut rob.
 Lepus. Plinius. z 8. cinis fimi in
 vino potatus.
 Licium. Plin. z 4. quantū faba sum-
 ptum. Auicenna. bibitum.
 Lingua bouis. Sera. fm Gal. cum
 hydromelite. Auicēn. similiter.
 Liquiritia. Cir. vinum decoctiois.
 De papauere. Mef. v. ant.
 Loch. Auicēn. v. quinti, Halia-
 bas. xij. antido.
 De allijs. Aui. v. quinti.
 Mef. quinta antid. & in
 cura tussis humide.
 De squilla. Mef. i cura tuf-
 sis humide.
 De femine lini. Aui. v. gn-
 ti. Serap. xx. antido.
 De spodio. Aui. v. quinti.
 Haliab. z z. antido.
 Depino. Serap. z 1. anti.
 Haliab. xij. anti. Aui. v.
 summa. ij. quinti.
 De aqua sceniculi. Sera.
 z 1. antidota.
 Serapionis. Sera. z 1. ant.
 Malua. Pli. xx. cocta in lacte. Hali.
 comesta cum oleo amygdalarū.
 Auicēn. in calida & sicca. Circa.
 aqua decoctiois eius & malua-
 uisci in tussi sicca.
 Manna. Sera. maxime qua cadit
 supra tamaricum.
 Marrubium. Plin. xx. cum farre &
 oleo sumptum, maxime valet.
 Mac. decoctio cum ireos. Circ.
 vinum decoctionis eius, & fi-
 cum siccarum.
 Mastiche. Ser. fm Humaym. Hal.
 phlegmatica confert.
 Medicamen albulacos. Auicē. v.
 summae secundae quinti.
 Medicamen de papauere.
 Medicamen de vicor. Auicē. x.
 tertij. in cura tussis.
 Mel. Serap. fm Diof. Isaac.
 Mentastrum. Cir. cū careis & sal-
 uia in vino coctū in frigida cā.
 Mercurialis. Haliabas.
 Mes. Haliabas.
 Mespila. Aui. in causa calida.
 Myrrha. Cir. cū styrace, calamita,
 pilula in cā phlegmatis viscosi.
 Myrtus. Serap. fm Eben Mef. sic-
 cus. Auicēn. syrupus eius. Hali.
 grana eius si fuerit cum solutio-
 ne ventris. Isaac.
 Mulla. Plinius. z z.
 Mumia. Aui. cum aqua iuiubarū
 & hordei, & sebesten, diebus tri-
 bus continuis in ieiuno. Serap.
 secundum Gal. similiter.
 Narcissus. Apul. herba potata, vj
 oleo florum eius mungere.
 Nasturtium. Plin. xx. cum melle.
 Ignotus. puluis radice.
 Narcissi confectio. Aui. v. tract.
 summae secundae quinti.
 Nenufar. Serapio secundum Ebē
 Mef. vinum ex eo. Auicenna. sy-
 rupus eius.
 De sindin. Auicē. x. quiti.
 Diuini. Auicē. v. tractatu
 summae. ij. quinti.
 Oles Cucurbita. Haliabas.
 Sisami. Haliabas.
 Violarum. Nic. cum try-
 phera tussi sicca.
 Opium. Serap. fm Diof. quātum
 orobus sumptū, confert & ma-
 turat. Auicēn. sedat continuata
 & elamosam.
 Opopanacum. Mef. fm Diof. bi-
 bitum. Auicenna. frigida.
 Origanum. Plin. xx. Apul. Serap.
 fm Diof. cum melle. Macer.
 Oua. Plin. xx. cocta trita cū mel-
 le, vel perse deuorata, ita q non
 tangantur dentibus, & cruda eū
 passo & oleo. Haliab. sorbilia in
 acuta materia. Sextus. tepfacta
 sumpta i ieiuno, vel sorbile ouū
 cum sulphuris viui cochleari
 vno maxime infantibus.
 Panax. Pli. z 6. radix i vino dulci.
 Pancracium. Plinius. z 7.
 Papauer. Serap. fm Diof. loch fa-
 ctū ex decoctione capitū ipsius
 viridium cum melle. fm Eben
 Mef. decoctio potata. Al. in fa-
 cta ab humoribus calidis a cere-
 bro descenditibus, maxime cū
 pluuiali & vino sūpta. Col. Hal.
 semen in acuta materia. Mac.
 decoctio ex capitellis eorum re-
 centibus. Igno. decoctio ex viri-
 di sumpta. Aui. in causa calida.
 Macer. iterū nigri semen ponde-
 re auf. j. bibitum. Isaac.
 Passula. Plin. z 3. Hali. Serap. fm
 Diof. enucleata. Cir. comesta,
 vel vinum decoctionis in frigi-
 da causa. Isaac.
 Paulinum antid. Nic. nouae & an-
 tiquae tussi ex rheumate existētī
 cū vino calido in sero bibitum.
 Pedes animalium. Aui. Isaac.
 Penidij. Serapio fm Eben Mefue.
 Auicēn. Circa. cum aqua hor-
 dei in sicca tussi.
 Peucedanum. Serap. fm Diof. in
 ouo sorbili sumptum.
 Pro catarrho. Mef. x. anti.
 Bechica. Mefue. in cura
 tussis catarrhalis.
 De papauere. Diuisiones
 ant. de medicis pectoris
 Lenes. Diuisiones antid.
 de medicinis pectoris.
 Ad tussim. Aui. summae
 secundae quinti.
 De

De styrace. Mes. in cura
tussis. Diuisiones anti.
Pineg grana. Plin. z 3. Auicenna.
Circanst. in sicca. Isaac.
Piper. Sera. fm Diof. in loch & sy-
rupis apponit. Aui. i electuarijs.
Pis. Sera. fm Diof. cu melle. Aui.
cum amygdalis & zuccaro.
Portulaca. t. laliab. diu tritum se-
men cum aqua, que bibatur cu
zuccaro in tussi ex calore.
Porrum capitatum. Plin. xx.
Pulegium. Plin. xix. Macer. cum
vino. Cir. vinu decoctiois eius,
& ficu siccaru in frigida causa.
Pulmo. Haliabas. afini siccatus,
& bibitus.
Prasium. Serapio fm Diof. deco-
ctio sicci cum melle.
Radix. Isaac.
Raphanus. Plin. xx. Ser. f. aliquos.
Resina. Plin. z 4. Serap. fm Dio.
omnes species resina.
Rana. Plin. z 2. exenterata & co-
cta in patella in iure modo pi-
sci: aut rana parua arborea can-
tans, si quis iputat in ore eius,
ipsam dimittes, dicit liberari.
Robilia. Sera. fm Humaym, sue
cus expressus ab eis sicut expri-
mitur a fabis. Isaac. ius earum.
Rosara magna. Nic. immoderate
tussi valet.
Rosinarius. Plin. z 4. cu melle.
Apul. cum granis. vj. piperis &
melle vnc. ij. fiat pastilli, de qui-
bus sumatur vnus mane & sero.
Ruta. Plin. xx. Serapio cum ane-
tho sicco cocta sumpta. Macer.
Sal sacerdotale. Nic. emendat tuf
Saliua. Plin. xxvj. (sim)
Salkokin coffectio. Aui. j. quinti.
Saliua. Plin. z 8. in fronte ab alio
astilari.
Sarcocolla. Mesue.
Sebestē. Ser. i calida & sicca tussi.
Semen lini. Sera. fm Diof. cu mel-
le factu loch. fm aliquos torre-
factu bibitu in frigida & huida
ca. Aui. assatu in phlegmatica.
Isa. assum cu melle in frigida.
Serpentaria. Mesue.
Seryllum. Cir. vinum decoctio-
nis eius, & ficum siccarum.
Sinapi. Macer.
De prunis.
Granatorum dulcium.
Syrup⁹ De myrtho.
Acetosus.
Alteraniabin.

De cannis. Mes. vj. anti.
De papauere. Mes. ibidē.
& i cura tussis catarrha-
lis. Diuisiones anti. de
medicinis tussis. Viati.
ij. in cura tussis.
Violaru. Mes. vj. anti. in
Syrup⁹ cura pleurefis. Viati. in
cura tussis. Ser. z 4. anti.
Iniubinus. Mes. vj. anti.
Viati. in cura tussis.
De prasio. Mesue. in cura
asthmatis catarrhalis,
& in tussi humi. Viati.
in cura tussis.
De hyssopo. Mes. vj. anti.
& in cura tussis. Viati.
in cura tussis.
Sotira coffectio. Nic. antiquam
& nouam tussim tollit.
Sulphur. Serapio fm Diof.
Scerbin fruct⁹. Ser. fm Dio. Aui.
Smyrnion. Plin. z 7. semē v. radix.
Spelta. Sera. fm Isa. forti tussi co-
fert factis pultibus, vel loch.
Spodium. Auicenna.
Styrax. Plin. z 4. Serap. fm Diof. &
Gal. Hali. in causa frigida.
Struthium. I. gno. puluis radicis
cochlear cu aqua mulla. Mac.
trita cum vino sumpta.
Theca origani. Plin. xx. cu melle.
Serapio secundum Diof.
Tereniabin. Sera fm Habyx. Aui.
Terebinthina. Aui. Ser. fm Diof.
loch ex ea, vel cum melle.
Triticum. Isa. prisana ex ipso.
Tri. Auicenna. Isaac.
De Stella. Aui. 8. qnti.
Diuisiones antido. de
medicinis stomachi.
De berberis. Aui. ibi-
de. Serap. viij. antid.
Trochisci De papauere. Aui. ibi-
de. Mes. in cura sputi
sanguinis. Sera. i 8.
ant. Diōnes de tussi.
De arsenico. Diuisiones
ant. do. de medicinis
pectoris.
Theriaca maga. Sera. viij. antid.
Haliab. iij. antido.
Verbascus. Plin. z 7.
Vinum picatu. Plin. z 3. exterius.
Viola. Hali. xx. anti. codite cum
zuccaro rosa. in causa calida.
Auicenna similiter.
Vitis alba. Serapio fm Diof. loch
eius cum melle. Mes. Auicen.
Volubilis. Haliabas. cum oleo

amygdalarum.
Vrtica. Plin. z 2. cocta sumpta.
Vua. Isaac. sicca dulcis.
Yreos. Sera. fm Gal. & Diof. Aui
cenna. tussi grosse humiditatis.
Hali. Macer. cum vino.
Yssopus. Plin. z 6. fasciculus cum
quadrante mellis. Mac. decoctio
ei⁹ cu ficu⁹ & melle. Cir. vinu
decoctionis eius & ficuum in
frigida causa.
Zedoaria. Cir. vinum decoctio-
nis, frigida tussi.
Zinziber. Cir. vinu decoctiois &
ficu siccaru & zinziberis, cum
ficu⁹ sumptu in frigida causa.
Zuccarum violatum. Alman.

Tussi antique.

A C E T V M. Plin. z 3.
Sera. fm Diof. bibitu.
Aui. calidu sorbeat. Is.
Allum Serap. fm Diof. crudum,
vel coctū sumptū. Aui. coctū.
Amygdala. Auicenna.
Aquileges. Plin. z 6. sum⁹ cobuste
per arundine haustus. sed fm sin-
gulos, haustus passu gustetur.
Armoniaci. Cir. grana duo, vel
tria cu ouo sorbili, vel melle.
Arsenicu. Aui. cum gumma pini
sumptum.
Assa. Plin. z 2. Auicenna. dissolu-
ta cum ouis.
Asphalt⁹. Plin. z 5. cu vino potat⁹.
Serapio fm Diof. pilula ex eo.
Athanasia magna. Mes. ij. antido.
Sera. viij. antid. Aui. j. quinti.
Auellana. Plin. z 3. cu aqua mulla.
quida cu passo, qda addit gra-
na piperis. Ser. fm Gal. trita cu
melicrato sumpta. Auicen. si fr.
Is. precipue pistata cu melle.
Auripigmentu. Sera. fm Diof. su-
migtu, addita resina pini tracta-
tu per os, mediante cannella.
Axungia. Plin. z 8. cu vino & mel-
le cocta sumpta.
Bacalauri. Plin. z 3. binae ablato
cortice, bibita cum vino.
Barbascus. Auicenna. decoctio.
Ignotus similiter.
Baucia. Auicen. syluestris.
Bdellium. Auicenna.
Chamaedrys. Plin. z 4. Aui. Sera.
syrupus eius.
Caules. Serapio. domestici.
Cauda equina. Sera. fm Diof. de-
coctio radicis & folioru porata.

Centaurea maior. Sera. secundum
Dioscoridum & Galienum radix bibita.
Colocynthis. Serap. vij. tractatu
practica.
Confectio mirabilis. Mef. in cura
tussis humidæ.
Daucus. Sera. fm Dio. semē bibi
Dianifum. Mef. j. antid. (tum.
Diafulphur. Mef. ibidē. Aui. pri
mo quinti. Hali. vj. anti. sed di
cit medicamen de sulphure.
Ebulus. Sera. fm Dioscoridum succus bi
bitus. sed nocet tussi nouæ.
Elleborus. Pli. z 5. albus. Macer.
Equus. Sex. saluā si biberit sana
tur. & mori equo. expertissimū.
Eidra confectio. Nicol. cum amy
gdalis, prifana, antiquæ tussis
& humidæ.
Fœnugræcum. Isaac. cum ficu
bus & dactylis coctum.
Ficus sicca. Plin. z 3. coctæ cum
hyssopo. Serap. fm Dioscoridum deco
ctio earū cum hyssopo. Aui. vi
num earum. Isa. cum hyssopo.
Filonium romanū. Sera. viij. anti.
Galbanum. Pli. z 4. interius sum
ptum. Auicenna,
Gumma. Plin. z 4. pōdus obolo
rum. iij. sumpta.
Gummi amygdalarum. Sera. fm
Dioscoridum. cū vino mista aqua bibitū.
Gummi ceralorū. Serap. fm Dio.
cum vino & aqua.
Gluten albotin. Auicē. solum, vel
cum dulcibus sumptum.
Kitran. Aui. vnc. j. s. deglutitum.
Laser. Plinius z z.
Laudanum. Pli. z 6. cū styrace.
Lentiscus. Pli. z 4. lachryma eius.
Loch de pino. Mef. v. antid. Sera.
z 1. antidota.
Loch Alba. Mef. in cura tussis hu
lubue, id est styrax. Aui. (midē.
Marrubium. Plin. xx. Apul. deco
ctionem bibat.
Mastiche. Plin. z 4. Serap. secun
dum Dioscoridum bibita.
Mithridatū. Serap. viij. antido.
Myrrha. Serap. fm Dioscoridum & Gal.
quantitas fabæ potata. Auicen
na. tussis humidæ.
Mum. Sera. fm Dioscoridum fumus eius
per os attractus.
Naphtha. Sera. secundū aliquos,
bibitum parum.
Nitrū. Plin. z 1. interius sumptū,
cum terebinthina & galbano.
Nux cypressi. Aui. cū vino sūpra,
Opopanacum. Halia. tussis visco

forum humorum.
Origanum. Apul. trochiscos ex
puluere eius cum melle factos
sumat cum calida.
Parietaria. Gal. vj. simpliciu, fuc
cus. Auicen. similiter.
Petrelæum. Aui. parum ex ea bi
bitum cum calida.
Pilulæ agarici. Mef. x. antido.
Pini grana. Aui. Sera. fm Dioscoridum fru
ctus maioris recens, tritus, co
ctus cū rob. dentur drach. iij. &
quinq; qualibet die.
Piper. Isaac.
Pix. Plin. z 4. cyathi mensura inte
rius sumpta.
Porrum. Pli. xx. Macer. succus cū
lacte mulieris.
Raphanus. Auic. elixatus. Serap.
secundum Dioscoridum, similiter.
Resina. Plin. z 4. Serap. secundū
Dioscoridum, similiter.
Sal. Plin. z 1. exterius linitum,
Salua. Mac. succo cū vino sūptus
Sapa. Pli. z 3. sex ei⁹ sūpra cocta.
Serapintū. Ser. fm Dioscoridum. Aui. Mef.
Sepum. Plin. xxx. ouis in vino au
stero coctum.
Sideritis. Pli. z z. interius sūpra.
Siler. Pli. xx. sumptum interius.
De liquiritia.
Syrupus De calamentho.
De prasio. Mef. vj. ant.
Siseleos. Serap. fm Dioscoridum. cū vino
sumptum. Aui. radix & semen.
Sordicies semicupij balnei. Sera.
fm Dioscoridum. fumigium eius.
Sufus ad tussim. Mef. ix. antido.
Squilla. Plin. xx. Serap. fm Dioscoridum.
assa sumpta cū melle. Hali. si fr.
Aui. cum melle & acetum eius.
Tamariscus. Aui. pprie fructo ei⁹.
Thymus. Plin. xx.
Theriaca maior. Auicē. j. quinti.
Serapio. viij. antido.
Trochisci Stelæ. Sera. 1 8. antid.
Viola. Auicenna.
Vrtica. Macer. cum melle.
Yreos. Mef. cum rob proprie, con
fert manifeste.
Yssopus. Al. Sera. fm Dioscoridum. coct⁹
cū aqua, ficubus, ruta, & melle,
bibatur. Aui. decoctio cum ficu
bus, & melle. Macer.
Indicum. Auicen.

Tussi puerorum.

CORVVS. PLI. 30.
fimus eius alligatus. Se

xus. stercus lana collectū infan
tis tussientis talos obuoluat.
Eruca. Plinius. xx. Macer.
Indicum. Auicenna. vehementis
sime tussis q̄ facit eos vomere.
Ouum. Sex. sorbile cum cochlea
ri. j. sulphuris viui. Auicen. oua
testudinis syluestris, experta
sunt in hoc.
Viola. Mac. succo cū aq̄ bibitus.

Tussi cum febre.

SYRVPVS DE HYS
sopo. Mef. in cura tussis
ex catarrho.
Trochisci de papauere. Mef. in
cura sputi sanguinis.

Dolori Pectoris, & Pulmonis.

ACORVVS. PLIN.
xxxj. Sera. fm Dioscoridum deco
ctio bibita. Aui. si fr.
Allium. Aui. in causa frigoris.
Amygdala. Gal. vj. simpliciu amara,
dolori costarū, vel arbor ei⁹.
Anisum. Plinius. xx.
Aqua mellis & zuccari. Auicēna.
vj. tractatu quinti.
Balsamum. Auicenna.
Betonica. Plin. z 6. interius sum
pta. Musa. drach. cū melle per
triduum ieiunus edat.
Bdellium. Serapio fm Gal. dolo
ri costarum. Hali. Auicen. si fr.
Chartæ papyri. Halia. cum aqua
cancrorū fluuialium, vel aqua
rosarum recentium.
Cōfectio anacardina. ij. Aui. j. v.
Costum. Sera. fm Dioscoridum. cū vino, &
absinthio, pectoris dolori. Aui.
Cucurbita. Serapio fm Ebē Mef.
sauch eius in calido dolore.
Auicenna similiter.
Decoctio hyssopi. Sera. z z. anti.
Hal. 8. anti. dicit decoctio suffe.
Dialthæa. Nicol. dolori pectoris
ex frigiditate.
Diaprethrum. Nicol. dolori pe
ctoris ex frigiditate.
Diapapauer. Viat. in cura tussis,
Mef. in cura sputi sanguinis.
Diaprasium. Nicolaus.
Dianacardinum. Sera. viij. antid.
Electuariū de qui. Halia. vj. anti.
Electuariū anodia. Hali. vj. antid.
Enula. Circ. cum cinnamomo, do
lori spiritualium confert.
Fœnugræcum. Serap. fm Gale.
dolori

dolori antiquo, coquatur cū da
ctylis, & misceatur cū eo multū
mellis, & iterum coquatur ad
spissitudinē, & sumatur añ cibū
per magnum tempus. Isa. si. fr.

Ficus. Serapio fm Diof. decoctio
cum hyssopo, in dolore pulmo-
nis antiquo. Aui. vini ficuum.

Granum viride. Auicēna, empla-
strum, & inunctio.

Halce. Mes. Serapio. sumpta de-
coctio cum melle.

Iuleb alkesines. Mesue. in cura
pleurefis.

Iuiube. Serapio fm Isaac. dolori
pectoris ex caliditate.

Iuniperus. Plin. z 4. Serapio fm
Diof. fructus bibitus. Auicēna.
fructus & arbor.

Liquiritia. Serap. fm Diof. succus
bibitus cum rob.

De alsefera. Mes. v. antid.
De papauere. Mes. v. ant.

Loch Aui. v. quinti. Haliab.
De squilla. Mes. ibidem.
Auicēna. v. quinti.
De spodio. Aui. v. quiti.

Marrubium. Plinius. xx.

Marciaton vnguentum. Nic. do-
lori pectoris frigidus.

Meu. Serapio fm Diof. loch sa-
ctum cum melle, dolori ex cur-
su humorum ad pectus.

Myrtus. Serap. fm Eben Mes. suc-
cus, cōfert dolori pectoris & pul-
monis. Aui. syrupus eius.

Myrrha. Serap. fm Diof. quāritas
fabæ bibita, dolori pulmonis.

Mucro. Pli. xxx. illo cū quo homo
percussus fuerit, leuiter pungi.

Nardus gallicus. Plin. z 1. radix
interius sumpta.

Nasturtiū. Pli. xx. cū lacte coctū.

Nenufar. Serapio fm Albusarin,
syrupus eius.

Oleū delio. Mes. xij. antidota.

Passula. Isaac. sine ossibus.

Pentaphyllon. Aui. succ^o radiceis.

Peucedanum. Plinius. xxvj. dolo-
ri sine febre.

Piper. Serap. fm Diof. in electua-
rijs ponitur, in dolore pectoris,
Auicēna similiter.

Pineæ. Sera. fm Dio. fructus mi-
noris solus, aut cū melle sūptus

Porrum. Sera. fm Diof. loch eius
cum melle dolori pectoris.

Pulegiū. Pli. xx. interius sumptū.

Apul. in aceto ieiunus bibat.

Rhecoma. Plinius. z 7.

Reubarbarum. Sera. fm Diof.

Robilia. Isaac. ius earum.

Rosmarinus. Serapio fm Diof.
semen cum vino bibitum, dolo-
ri pectoris antiquo.

Ruta. Plin. xx. Sera. fm Diof. cum
anetho. Aui. decoctio eius cum
anetho sicco sumpta.

Serapinum. Serapio fm Diof. do-
lori pectoris. secundū Eben Mes.
ventositati costarum.

Sinapi. Plinius. xx. exterius anti-
quo dolori.

Syrupus de hyssopo. Mes. vj. ant.

Syrupus iuibinus. Mes. in cura
asthmatis catarrhalis.

Sorira cōfectio. Aui. j. quinti.

Sparagus. Plinius. xx.

Spinacia. Ser. fm Ebē Mes. in cau-
sa cholericā vel sanguinea.

Squinanthum. Auicēna.

Stoechas. Ser. fm Diof. decoctio.

Styrax. Sera. fm aliquos, liquida.

Thapsia. Serapio secundū Diof.
succus miscetur vnctiōibus in
dolore pulmonis antiquo.

Theodorico magnū. Hal. vj. ant.

Thymus. Plinius. xxj.

Theriaca magna. Auic. j. quinti.
Sera. viij. anti. Hali. iij. antido.

Tri. Isaac. dolori pulmonis ex sic-
citate & caliditate causato.

Trochisci de papauere. Mesue. in
cura sputi sanguinis. Auic. viij.
quinti. Hali. i 3. antidota.

Verbascus. Plinius. z 6.

Vitis alba. Serap. fm Diof. cum
melle sicut loch.

Vua. Isaac. sicca dolori pectoris
valet & pulmonis.

Yreos. Aui. dolori pleurefis. Mes.

Dolori Lateris.

ACETVM SCIL-
liticum. Plin. xx. inte-
rius sumptum.

Acori. Serapio secundum Diof.
decoctio sumpta. Auicēna.

Agaricum. Plinius. z 6.

Amygdala. Serapio. amara.

Anagallis. Serap. secundū Diof.
succus vino sumptus.

Anethum. Isaac.

Apij species quædam. Isaac.

Aristolochia. Plin. xxvj. Aui. pro-
prie rotunda bibita. Serap. secu-
dum Diof. similiter.

Asphodell^o. Pli. z 2. interius. Se-
ra. fm Diof. drach. ij. radiceis cū

vino. Auicēna. aur. j. cum vino
sumptus. Haliabas.

Asphaltus. Serapio fm Diof.

Bacar. Pli. z 1. decoctio in vino.

Balsamus. Aui. lignum & semen.

Berbenaca. Plin. z 6. Macer.

Betonica. Plini^o. z 6. puluis cum
aqua bibatur. Serap. fm Diof.
drach. ij. cum gra. vij. piperis in
tribus conos vini calidi. Mufa.
drach. iij. cū granis piperis. z 7.
& vini cyathis tribus.

Bdelliū. Aui. Col. Sera. fm Diof.
& Gal. dolori costarū bibitum.

Brassica. Apul. syluestris trita cū
axungia veteri.

Calamenthū. Sera. fm Diof. deco-
ctio supra. Aui. maxie mōtani.

Chamædryes. Plinius. z 4.

Caulis. Sera. fm Diof. & Gal. ci-
nis thyrforū summatū & radi-
cum cū axungia veteri, antiquo
dolori. Macer similiter.

Centaurea. Serap. secundū Diof.
maioris radix bibita.

Cerfolium. Mac. cum vino sum-
ptum, vel applicatum.

Cochleæ. Pli. xxx. cinis linitus.

Corrigiola. Apul. succus cum ro-
saceo vngatur.

Costus. Serap. fm Gal. Macer. cū
vino sumptus.

Decoctio zuffe. Hali. viij. antido.

Diarundinis. Aui. prima quinti,
dolori supra hypochondria.

Electuariū Alefcof. Mes. iij. antid.

Foeniculum. Macer. semen cū vi-
no, vel herbæ decoctio.

Filonium. Mes. ij. antid. Aui. j. gn-
ri romanum, confert dolori am-
borum laterum timoroso.

Fu. Serap. secundum Diof. deco-
ctio radicum sumpta. Aui.

Fraxinus. Pli. z 4. semē cū vino.

Galbanum. Plinius. z 4. Sera. fm
Diof. emplastrum.

Gentiana. Serap. fm Diof. succi,
drach. j. cum aqua.

Halus, quam Galli sic vocāt: Ve-
neri coroniam. Plin. z 6. mede-
tur lateri.

Handakoka. Hali. succus bibit^o.
Aui. dolori phlegmatico.

Ieuers. Sera. fm Paulum, admini-
stratur in pūctionibus laterum.

Iuniperus. Plin. z 4. semen.

Ippocarpus piscis. Pli. 3 z. tost^o.

Laur^o. Pli. z 3. oleū delphice lauri

Lignū aloes. Ser. fm Dio. & Gal.

Lingua auis. Ser. fm Eben Mes.

Loch de squilla . Mef. vj. antido.
 Auicenna. v. quinti.
 Malua . Apul. fyluatica, cocta cū
 oleo, trita, & applicata.
 Marrubium. Plin. xx. Macer. bibi
 tum cum vino, vel melle.
 Myrrha. Serapio fm Dios. quan
 titas fabæ sumpta. Auicen.
 Mucro . Plin. z 4. illo cū quo per
 cussus fuerit hō, leuiter pungi.
 Nardus gallicus. Pli. xxj. radix in
 terius sumpta.
 Nenufar . Serapio secundum ali
 quos, syrupus eius.
 Nepita . Mac. cum vino sumpta.
 Oleum de ruta . Mef. xij. antido.
 Serapio. xxv. antido.
 Oleum de pegamo. Hali. xix. ant.
 Opopanax. Sera. fm Dios. bibitū
 cum vino. Aui. emplastrū ex fo
 lijs. gūmi vero eius cōfert dolo
 ri vtrorūq; laterū cū sint frigidi.
 Origanū . Plin. xx. interius sūptū.
 Ordeum. Serapio fm Dios. em
 plastrum ex farina eius cū meli
 loto, & cortice papaueris.
 Panaces. Plinius. xxvj.
 Pancreatium. Plinius. xxvij.
 Pastinaca. Hali. hortēsis sumpta.
 Petroselinum. Serap. fm Dios.
 Peucedanum. Pli. z 6. sine febre.
 Pilocae de serapino . Aui. ix. quin
 ti. Serapio. xvij. antidota.
 Prasilum. Plin. xx. Serap. fm Dios.
 emplastrum cum melle, vel suc
 cus eius siccat in sole.
 Raphanus. Auicen. emplastrum.
 Robilia. Isaac. ius earum.
 Ruta. Plin. xx. interius. Serap. fm
 Dios. cum anetho sicco cocta
 sumpta.
 Saluia. Plin. xxvj. bibatur. Macer.
 cum vino.
 Serapinum. Serap. secundū D. of.
 Mef. bibitum & linitum, cōfert
 dolori laterum. Auicenna.
 Symphytū petreū . Pli. z 7. radix.
 De hyssopo. Mef. in
 cura tussis sicce. Via
 ti. in cura tussis.
 Syrupus
 Acetosus squilliticus.
 Aui. vj. quinti.
 Sotira confectio. Aui. j. quinti bi
 bita cum aqua mellis.
 Scordion. Plinius. z 6.
 Squilla . Plin. xx. acetū scilliticū.
 Aui. si fr. Serap. vinū squilliticū.
 Stercus. Aui. porci cum aqua &
 vino. Col. & Serap. colubi. fm
 Gal. cum sinapi, & nasturtio in

frigido & antiquo dolore . fm
 Dios. apri siccum bibitū cum
 vino & aqua, frigidum & anti
 quum dolorem aufert.
 Stocchas. Auicen. decoctio eius.
 Thapsia . Serap. fm Dios. purga
 tio cum ea, & in vñctiōibus po
 sita, dolori antiquo cōfert. Aui
 cenna. sicca linita, & emplastra
 ta, proprie in antiquo dolore.
 Terebinthina. Serapio fm Dios.
 inunctio cum ea sola.
 Thymus . Plinius. xxj.
 Theriaca. Aui. j. tract. quinti.
 Verbascum . Plinius. z 6. cum ru
 ta in aqua.
 Vitis alba. Plinius. z 3. Mef. Aui.
 Serapio fm Dios. loch ex radi
 ce cum melle factum.
 Vpupa. Plin. xxx. cor eius.
 Vrtica . Pli. z z. cum semine lini.
 Serapio fm Isaac . semen cum
 oymelle sumptum.
 Yreos. Aui. sedat dolorē. Sera. fm
 Dios. iris agrestis, radix cum vi
 no & aqua mellis bibita.
 Ypposelinū . Pli. xx. interius sum
 ptum . Serapio fm Dios. deco
 ctio radices in vino bibita.

*Apostematib⁹ Pectoris, et Pulmonis
 Birsen, Pleuresi, et Peripleumonia,*

ADEPS. SERA. fm
 Dios. porci abluta cū
 vino, cōfert pleuresi.
 Alkanna. Aui. pleuresi confert.
 Althaea . Aui. ponitur in empla
 stris pleuresis, & peripleumonia.
 Amygdala. Ser. amara. Aui. ipsa
 & oleū earum, proprie dulciū.
 Amylum. Circ. valet contra apo
 stemata spiritualium.
 Amomum. Aui. pleuresi frigida.
 Ammoniacū . Plin. z 4. potatū.
 Aqua tepida. Aui. apati pectoris.
 Aqua mellis rosati. Aui. vj. quin
 ti, pleuresi confert.
 Aristolochia. Plin. z 5. Mac. sum
 pta cum aqua.
 Aron. Plinius. z 4. cum melle.
 Assa . Plin. z z. interius. Sera. fm
 Dio. bibita cū polēta i pleuresi.
 Balsamum . Sera. fm Dios. grana
 bibita in pleuresi & apate calido
 pulmonis. Aui. semen & oleum
 eius, peripleumonia frigida.
 Baucia syluestris. Pli. xx. Aui. ge
 zar dicit . Sera. fm Dios. semen.
 Butyrū . Serap. fm Dios. cum mel

le sumptum, iuuat habentibus
 pleurethim, & apostema in pul
 mone. Aui. cum amygdalis &
 zuccaro . Halia. optimum est, si
 comedatur solum, vel cum amy
 gdalis & melle.
 Brācha vrsina. Cir. cocta applice
 Bolus armenus. Col. (tur.
 Chamomilla. Cir. apozema datū
 cū melle cocto i peripleumonia.
 Capillus Veneris . Mef. syrupus
 eorum, valet in peripleumonia,
 & pleuresi.
 Castorium . Auicenna. fumus at
 tractus per nares.
 Cataphici confectio. Haliab. vj.
 antido, apostematibus.
 Centaurea. Pli. z 6. maior . Aui.
 cum vino, pleuresi frigida.
 Confectio aristolochia . Aui. j.
 quinti, apostematibus eorum.
 Cucurbitē & citruli. Circ. semina
 mundata, & aqua eorum, apo
 stematibus pectoris.
 Crocus. Pli. z 1. Aui. pleureticis,
 & birsen, patiēs odoret, vt dor
 miat, & proprie eius oleum.
 Decoctio zuffe. i. hyssopi. Hal. 8.
 antid. peripleumonia cōfert &
 pleuresi. Serap. z z. antidota.
 Diapapauer Hameti . Mef. in cura
 ra tussis pleuresi confert.
 Diapapauer Sabor . Mef. in cura
 sputi sanguis, pleuresi confert.
 Dialthaea,
 Diahyssopum, pleuresi.
 Diaprasium.
 Diapapauer . peripleumonia.
 Diadraganthum . pleuresi.
 Diaolibanum . pleuresi & peri
 pleumonia.
 Diazingibereos. pleureticos & a
 postemofos, mirabiliter pur
 gat. Nicolaus.
 Ethiopis herba. Plinius. z 7.
 Faba. Pli. z z. fresca in cibo sūpra.
 Hali. cum oleo amygdalarum.
 Farina. Pli. z z. hordei . Nicol. cū
 oleo violato, apata in pleuresi.
 Ficus . Plinius. z 3. sicca cocta
 cum scenugraeco. Isaac. apoze
 ma, dissoluit apostemata in can
 nalibus pulmonis.
 Filonium. Nicol. cum hydromel
 le, peripleumonia cum mulla,
 & pleuresi confert.
 Furfur. Cir. tritici cocti in aq̄ hor
 dei, colatura sūpra in pleuresi.
 Gentianæ. drach. ij. succi, in pleu
 resi, Auicenna.

Iuleb violatum. Mes. vj. antido. confert pleuresi.
 Iuleb iuiubinum. Mes. vj. antid. confert pleuresi.
 Iuleb Alkemes. Mesue. in cura pleuresis.
 Indicus. Mes. in pleuresi melan/ cholica.
 Loch de papauere. Mes. v. antido. Hali. xij. antid. Auic. v. quinti.
 Liquiritia. Cir. aqua decoctiois, pleuresi & peripleumonia.
 Mes. Plinius. z z.
 Narcissus. Auic. oleum eius vni/ gendo pectus, dissoluit aposte/ mata dura & frigida i velamine.
 Nasturtium. Macer. coctum cum lacte, vel semen bibitum.
 Nenufar. Serapio fm Eben Mes. vinum quod fit ex eo. fm Alba/ sari. Syrupus. Auic. similiter. Mesue. xij. antidota. oleum eius in pleuresi.
 Cucurbita. Mes. xij. ant. Violarum. Mes. ibidem in pleuresi cofert. Nic.
 Oleu cu farina hordei apposi/ tum in pleuresi.
 Amygdalarum amararū. Nic. cum cera superpo/ situm pectori.
 Origanum. Serap. fm Diof. cum melle in modū loch, in aposte/ matibus calidis pulmonis.
 Oua. Auic. in pleuresi sorbilia/ proprie vitellus.
 Pancratium. Plinius. z 7.
 Penidij. Cir. optimi sunt febrien/ tibus ex apate spiritualium & in pleuresi & peripleumonia.
 Peucedanum. Plin. xxvj. succus.
 Pinus. Cir. fructus est optimus cibus.
 Pix. Aui. cum amygdalis & zucca/ ro in pleuresi & peripleumonia.
 Polyrhizos spes aristolochie. Plin. xxv. semen.
 Porrum. Auic. cu melle datur ad apata pulmonis, & maturat ea.
 Psyllium. Sera. fm Habyx. mucu/ lago eius bibita habentibus bir/ sen, cofert & sedat eorum sitim magnam. (niacis.)
 Rosata magna. Nic. peripleumo
 Rubus. Plin. z 4. flos albus cum vino potatus, peripleumonia/ cis precipuus est.
 Ruta. Serap. fm Diof. cum ane/ tho sicco cocta sumpta, aposte/ mati pulmonis confert.
 Salkoki confectio. Aui. j. quinti.

Sandali. Serapio fm aliquos. con/ fert birsen calido. Viati. in cura pleuresis.

Violatus. Mes. vj. ant. & in cura pleuresis. Sera. z 3. anti. Viati. in cura pleuresis.

Syrupus De cucurbita. De prunis. Granatorum dulciū. De cannis. Iuiubinus. Mes. vj. antido. pleuresi.

Sotira. Nic. pleuresim & peripleu/ moniam sanat.

Theca origani. Plin. xx. Serap. fm Dio. cum melle, vt loch, in apo/ stematibus pulmonis calidis dat.

Viola. Mes. Auic. syrupus.

Vnguentū violatū. Mes. xj. anti.

Vrtica. Serap. fm Diof. semen cu melle. Macer. si fr. Auic. semē in pleuresi frigida.

Ypericon. Plinius. xxvj.

Yreos. Auic. sedat dolorem. Mes.

Yrundo. Kiran. simus bibitus.

Ystopus herba. Plin. z 6. bibitus. Ser. fm Diof. coctus in aqua cu ruta, sicubus, & melle, bibatur in apostemate pulmonis. Aui. apostematibus duris.

Zuccarū violatum. Nic. pleureti/ cis & peripleumonia valet.

Sanguinis Excreatū, & Sputo.

ACANTHVS. I. G. puluis radices cum ca/ lida sumptus.

Agaricus. Plin. xxvj. Aui. tres ano/ losat cu aqua sumpti, conferūt sputo sanguinis ex pectore. Ser. secundum Diof. similiter.

Agresta. Serap. bibita parū cum aqua in sputo ex ruptura venæ.

Aizoon. Macer. lape comesta.

Alliū. Plin. xx. coctum cum melle.

Althæa. Col. Serapio fm Gal. decoctio. Macer similiter. Aui/ cenna. semen.

Aloe. Plin. z 7. porati cu aqua vel aceto. Ser. fm Dio. anolosat. iij. vel drach. j. cum aqua.

Amygdalæ. Plin. z 3. saulich earū cum aqua, Auicenna.

Amygdalæ amara. Plin. z 3. Aui/ cenna. cum amylo.

Amylum. Plin. z z. cum ouo. Sera. fm Diof. bibitum.

Amomum. Plin. xxvj.

Aluminosa. Al. Auic.

Aqua Extinctionis ferri. Auic. Caulium. Auic. ij. tra/ ctatu sum. ij. quinti.

Arsenicum. Aui. cum gummi pini.

Athanasia magna. Aui. j. quinti. Sera. viij. anti. Hali. vj. antido.

Balauftia. Plin. z 4. Serapio fm Gal. Auicenna.

Barba hircina. Aui. succus. Hali. potata. Sera. fm Diof. flos trit? cum vino styptico bibitus.

Bedeguard. Gal. vj. simpliciu. ra/ dix interius & extra. Auicenna. radix proprie.

Betonica. Plin. z 6. pulueris oboli tres in aqua vel cu lacte capræ.

Ser. fm Dio. tres anolosat cum vno conos vini tepidi misti cu aq in sputo sanguinis a pectore

Mac. cum vino sumptū. Mufa. per triduum sumatur.

Bolus armenus. Almā. Aui. Sera. fm Gal. Hali. Cir. cum gummi arabico, penidijs, & dragagan/ tho, pilula sub lingua posita.

Bolus caprinus. Haliab.

Buryrum. Aui. prohibet.

Brassica. Plin. xx. interius sumpta.

Cācer. Albuk. cōbust? in cinere.

Castanea. Plin. z 3. Sera. fm Diof. decoctio corticis interioris ar/ boris vel fructus.

Cauda equina. Al. Col. Serap. fm Gal. Ig. puluis radices, vel her/ be cu calida sūptus. Apul. suc/ cus herbæ cu vino atistero sum/ prus, statim stringit.

Centaurea maior. Plin. z 6. Serap. fm Gal. auf. ij. cu aqua in febre,

sine febre cu vino. f; Diof. radix bibita in sputo a pectore. Aui. drach. ij. cum vino.

Cypressi. Plin. z 4. nux interius. Serap. fm Diof. recens nux cum vino bibita. Aui. similiter.

Citoniū. Plin. z 3. crudū. & 3 0. decoctio eius. Serap. fm Diof. maxie assatū, & flos eius humi/ dus & siccus cu vino bibitus.

Coagulum. Plin. z 8. leporis & hœ/ di cu aceto sumptū, & etiam cer/ ui. Hal. leporis. Serap. fm Diof. maxie leporis cum vino coagu/ lationi sanguinis in pectore & pulmone. Auic. omne coagu/ lum similiter dissoluit.

Cochlex. Plin. 3 0. & 3 z. crudas/ tritas carnes cu calida bibere.

Colla. Aui. pisciū cu aceto sūpta

L iij

- Condyfi. Macer. bibiti.
 Consolida maior. Apul. radix est vino sumpta.
 Mirabilis. Mes. in cura tussis humida.
 Gal. ij. Auic. j. quinti.
 Cōfectio Hermetis. ij. Auic. j. v. Aristomakis. Auicē. j. quinti. & qnto sum. secundæ quinti.
 Corallus. Plin. 3 z. Alman. Sera. fm Dios. cōfert manifeste spuētibus sanguinem, maxime rubens. Aui. proprie vstus & ablutus. Hali. Cir. si a spiritualibus, pilulæ eius cum aqua infusionis draganthe in ore teneantur. si ex nutritiuis, cum succo plantaginis sumantur.
 Corrigiola. Apul. succus cum vino austero bibitus diebus. ix. in ieiuno.
 Coriandrum. Auicenna. drach. ij. cum aqua linguæ arietis.
 Cornu cerui. Plin. z 8. Serap. fm Dios. vstus lotus auf. ij. cū draganthe. Aui. vstus ablutum. Haliab. maxime cum thure.
 Dactyli. Plinius. z 3.
 Darsifahan. Serap. fm Dios. decoctio sumpta. Aui. similiter.
 Diapapauer. Mesue. in cura sputi sanguinis.
 Diaphosphur. Serap. viij. antido.
 Diacodion compositum. Serapio xxij. antidota.
 Diabolibanum. Nicol. hæmoptois valet.
 Dragontæ. Macer. puluis radicis cum melle.
 Edera. Plin. z 4. grana eius sumpta.
 Ematites. Plin. 3 6. cū succo granatorum vel oleo potatus. Serap. fm Gal. fricatio eius super cute manifeste iuuat. Lapida. cum succo granati fricatus super cute: vel resolutus in aqua bibitur. Cir. si a spiritualibus fuerit, fricatio eius cū aqua rosata infusionis draganthe, addito puluere gummi arabici, teneantur in ore. si a nutritiuis, fricatio eius cū succo plantaginis, addito puluere symphyti, sumatur.
 Faba. Auicenna.
 Farina. Plinius. z z. gluten ex ea. Sera. fm Dios. cocta donec fiat gluten. fm Humaym. pulvis ex ea. If. farina volaturæ molēdini.
 Filonium persicum. Mes. in cura sputi sanguinis. Aui. j. quinti.
 Gummi. Plinius. z 4.
 Gummi arabici. Cir. si ex spūalibus, teneat in ore pilulas ex gummi arabico, amydo, & aqua infusionis dragagathi. q. si ex stomacho fuerit, sumat gummi arabicum cum succo plantaginis.
 Gummi amygdalarum. Sera. fm Dios. bibitum.
 Glans. Serap. fm Dios. decoctio corticis interioris arboris, & fruētus supra. fm Gal. similiter. Aui.
 Gluten. Plin. z 8. de cribris & taurinum. Serap. fm Dios. piscium & de farina volatili molēdini in pulvis sumptum. Aui. piscium in sorbitiōibus positum.
 Grana pini. Auicenna. magna & parua conferunt.
 Granata. Serap. fm Dios. grana acetosorum sicca, trita, bibantur cum pluuiali. Aui. si fr. & succus eius. Gal. vj. flores syluestrium.
 Hascæ. Aui. pbibet fluxū sanguis.
 Iuncus odoratus. Plinius. z 1.
 Hyoscyamus. Plin. z 6. succus. Auicenna. seminis. ij. anolofat sumpti. Macer. semen cum papauere sumptum.
 Karabe. Al. Serapio fm aliquos. Auicē. valde confert.
 Lac. Aui. asinæ, capræ, & ouis.
 Lapathium acutum. Plinius. xx. semen cum pluuiali.
 Lapis focarius. Plin. 3 6. potatus.
 Lētiscus. Plin. z 4. lachryma eius.
 Lepus. Sextus. cor assumptū cum calida & terra samia.
 Litium. Plin. z 4. quantum faba. Serap. fm Dios. bibitum cum aqua. Auicē. similiter.
 Lingua arietis. Auicē. semen.
 Loch de papauere. Hali. xij. anti.
 Lutum sigillatum. Auicenna.
 Lutū armenū. Al. Sera. Aui. Hali.
 Macis. Serapio fm Dios.
 Marrubium. Plin. xx. est maxime vtile.
 Mastiche. Plin. z 4. gummi eius. Hali. succus foliorum. Sera. fm Dios. gummi bibitū, folia cōfecta & cortex radicis decoctio eius.
 Medicina cōfecta. Aui. j. quinti.
 Medicina Gal. Auicenna. ij. tract. summa: secundæ quinti.
 Medicamen Andromachi. Auicenna. ibidem.
 Menta. Plin. xx. Sera. fm Dios. abscondit sputū cū aceto & aqua. Aui. succus cū aceto. Mac. si fr.
 Myrtus. Plin. z z. semen. Serapio fm Dios. fructus eius & humidus & siccus comeditur in sputo sanguinis a pectore & pulmone. Auicenna. Haliabas.
 Mumia. Halia. Serap. fm aliquos. est sublimior omni medicina in hoc. Auicē. grana. iij. hordei in vino sumpta. Cir. cum mastiche, & aqua, gummi arabici pilulæ teneantur in ore, si a pectore venit. q. si a stomacho, puluis sumatur cū ouo sorbili, vel succo plantaginis.
 Mus. Plin. xxx. decoctio eius.
 Nauigatio. Plin. xxx. per mare.
 Oenanthe. Plin. z 3. cum frigida sumptum.
 Omphacium vuz. Plin. z 3.
 Oleaster. Plin. z 3. folia & oleum eius.
 Oliua. Plinius. z 3. cortex radicis cum melle.
 Olibanū. Serap. fm Dios. & Gal. ipsū & cortex eius bibitū. Mac.
 Oua. Plin. z 9. ouum crudum cum succo porri, ex pari mensura mellis sumptum, & cinis corticum ouorū, & vitelli crudi, quinque cum vino potati. Sex. similiter.
 Serap. fm Dios. sorbeat tepidum. Aui. proprie vitellus calidus. Circ. oua cruda sumpta.
 Ozimum. Plin. xx. Auicenna. ozimi fluuialis aqua.
 Papauer. Auicenna.
 Papyrus. Auicenna. cinis.
 Perfolata. Plin. z 6. radix cum nucleis pini.
 Peucedanum. Plin. z 6. succus cū semine cypressi.
 Pæonia. Plinius. xxvj.
 Pinus. Plin. z 4. decoctio corticis sumpta.
 Pix. Aui. lambatur cum melle.
 Polygonum. Plin. xxv. succus. Ig. succus in vino æqualiter.
 Portulaca. Gal. vj. simplicium. Apul. Serap. fm Dios. sputo sanguinis a pectore. Aui. succus.
 Porrum. Plin. xx. capitatum. Sera. fm Dios. drach. ij. seminis cum granis misti bibiti, abscondunt a pectore antiquum sputum. Aui. similiter. Macer. succus bibitus, vel cum galla & thure, vj. seminis drach. ij. myrthæ drach. j. cū vino misto. hic modus præ alijs valet. Isaac.
 Plantago.

Plantago. Plin. z 6. succus. Serap. fm Dios. succus bibitus, vel semen pectorali sputo. Ignorus & Apul. idem.

Psyllium. Haliab. herba recens. Quinquefolium. Plin. z 6. succus. Raphanus. Plin. xx. interi? sūptus. Rhamnus. Haliab. flores eius. Rhecoma. Plinius. z 7. drach. j. in aqua.

Refina omnis. Serap. fm Diosc. Reubarbarum. Serap. fm Diosc. Auicen. Hali. Mesue.

Rosa. Plin. z 1. caput eius sumptū. Serap. fm Dios. aqua decoctionis. Aui. virgæ & capita.

Rubrica. Plinius. z 5. cum aceto potata.

Rubus. Plin. z 4. succ? teneritatu. Gal. flores. Halia. similiter. Aui. partes eius conferunt.

Salix. Plin. z 4. fruct? immaturus. Sera. fm Dios. fructus & cortex bibitus. Aui. similiter. Hali. succus foliorum & fructus.

Sandaraca. Sera. fm Rasim. Aui. Sanguis. Plin. z 8. hœdi cum aceto & bubali. Serap. fm Gal. hœdi bibitus. Sextus. elephantis.

Kiran. Gal. diebus. x. cum pulibus comestum.

Sanguis draconis. Cir. cum gummi arabico, draganthe, & aqua hordei, pilula: teneantur in ore si fuerit vitio spirituali. vel glutiatum cum succo plâraginis, si fuerit vitio nutritiuorum.

Serpyllum. Plin. xx. cum aceto & melle.

Symphytum. Auicen. Thes. emplastrum ex radice.

Symphytum petreum. Plin. z 7. radix intus & extra.

Sinopida. Serap. fm Dios. in ovo sumpta. Macer similiter.

Sotira confectio. Auicē. j. quinti. Hali. vj. antid. Nicol. cum oxymelle, aut cū succo polygoniæ v? plâraginis, aut decoctio ei?

Suber. Plin. z 4. cortex vstus c. n. vino sumptus, maxime valet.

Suchaha. Serapio fm Dios. radix confert in pectorali.

Sumach. Cir. pilula: ex ipsis gummi arabico & aqua ros. teneantur in ore, si a spūalibus euenerit.

Spina alba. Serapio fm Diosc. & Gal. radix, & semen. Igno. radice sicca cochlearia quinq?

Spongia. Plin. z 1. Africana vsta

cum succo porri, & farina. Aui. cenna. cum oleo.

Spodium. Cir. cum succo plâtaginis sumptū, hæmopto. cis vaiz.

Squinanthum. Serap. fm Dios. & Gal. radix. Auicenna. flos.

Stercus. Serap. fm Dios. apri sic. cum bibitū cum aqua & vino.

Auicen. porci similiter.

Tamariscus. Plin. z 4. Serapio secundum Dios. radix.

Terra sigillata. Al. Col. Terra samia. Plinius. z 5.

Terebinthina. Serapio fm Dios. loch ex ea, vel cum melle.

Theriaca maior. Auicē. j. quinti. Sera. viij. anti. Hali. iij. antido.

Nicol. hæmoptoicis confert.

Thus. Col. Macer. nil dicunt magis auxiliari sumpto cum vino, vel aceto.

Triticum. Isa. p. trisana ex eo, vel puluere molendini.

Tri. Aui. proprie cū portulaca cocti. Is. cum portulaca, vel bleta, vel chrysolachâa, vel cucurbita.

Tryphera saracenicâ. Nic. empyicis a caliditate confert.

Hemathicorū. Mes. in cura sputi sanguinis.

Ascenede. Mes. in cura sputi sanguinis.

De karabe. Mes. ibidē.

Hal. xij. anti. Ser. i 8.

De terra sigillata. Mes. ibidem. & viij. antid.

Diuisiones antid. de medicinis pectoris.

De papauere. Mes. in cura sputi sanguinis.

Trochisci Serapio. i 8. antid.

De Stella. Aui. viij. v. Ser. xvij. anti. Diuisiones antid. de medicinis stomachi.

Dicti piper. Aut. ij. tractatu sum. ij. qnti.

De cytonijs.

De corallis. Ser. i 8. anti. Ioannis.

De symphito. Thessa. cap. herbæ cancri.

Vernix. Sera. fm Rasim. Aui.

Virga pastoris. Serap. fm Diosc. & Gal. Aui. aqua eius. Haliab. Col. succus potatus & emplastrum eius.

Vitis. Plin. z 3. pampini sumpti. Serapio fm Dios. succus foliorū domesticæ. Aui. similiter, &

succus syluestris fructus bibit?

Vultur. Plin. xxx. pulmo combustus cum balauftijs vel iecur.

Ypocystis. Plinius. z 6. quædam eius species cum amylo. Serap. secundum Dios. bibitum.

Sanguini congelato in pectore, & Pulmone.

COAGVLVM. AVICEN. omne. Serapio. cū vino sumptum, maxime leporis.

Medicamen quoddam. Auicē. v. tract. summa: secunda: quinti.

Thymus. Plinius. z 1.

Vlceribus Pectoris, Pulmonis, & Canne.

ADEPS. SERAP. fm Dios. capræ ius ex eo bibitum in vlcera pulmonis.

Agaricus. Serapio fm Dios. cum rob. da. Aui. au. j. cū rob. Mes.

Alich piscis. Plin. z 1. exterius scabi pectoris valet.

Amydum. Isaac.

Amomum. Auicē. cum melle vel aqua hordei sumptum, mundat vlcera velaminis pectoris.

Aristolochia. Thes. succus foliorū eius trochisci pōdus drach. j. sumatur in sero.

Asius lapis. Aui. sumptus cū melle, pulmonis vlceribus valet.

Barba hirci. Auicen. flos, folia, & radix, cū aqua hordei sumpta.

Betonica. Serap. fm Dios. cū melle antiquis vlcerib? pulmonis.

Bitumen Iudaicum. Auicenna.

Bolus armenus. Serapio fm Gal. excicat pulmonis vlcera intantum q? nō tussunt, esto q? multum errent in dicta.

Butyrum. Plin. z 8. Isaac.

Cancri. Serap. fm Dios. decoctio eorum sumpta vlceribus pulmonis valet.

Caquelenegum cōfectio. Halia. vj. antidota.

Carte. Haliab. cū aqua decoctionis cancrorum fluuiialium, aut cum aqua expressionis rosarum recentium.

Cedrus. Plinius. z 4.

Cicer. Sera. fm aliquos. farina eorum cum lacte cocta bibatur.

Quædam calida. Aui-
cenna. j. quinti.
Aristomakis. Aui. ibi/
dem. & v. tract. sum-
mæ secundæ quinti.
Dicta mirabilis. Mef. i
cura tussis humidæ.
